

tudo sine longitudine cōsideratur, quæ tum una eademq; reuolutio comprehendat pariterq; reducat, satis apparet unum esse motum, eandemq; librationem, quæ potuit utramq; uarietate efficere, eccentra & obliqua simul existens. Nec aliã præter hanc quam modo diximus hypothesim, de qua plura infra.

Quanta sit inclinatio orbiũ Saturni, Iouis & Martis. Cap. III.

Post hypotheses digressionum quinque planetarũ expositas, ad res ipsas descendendũ nobis est, discernendaq; singula, atq; in primis, quantæ sint singulorũ circulorũ inclinationes, quas p̄ eum qui p̄ polos est circuli inclinati, & ad rectos angulos ei qui per mediũ signorũ est descriptus, maximũ circulũ ratiocinamur, ad quẽ secundũ latitudinem transitus cōsiderantur. His enim perceptis uia cognoscendarũ cuiusq; latitudinũ, aperiet, incipientibus iterũ à tribus superioribus, q̄ in extremis limitibus latitudinũ Austrinis, expositione Ptolemaica, patent abscessus Saturni acronycti grad. III. scrup. V. Iouis grad. II. scrup. VII. Martis grad. VII. In locis aut̄ oppositis, dũ uidelicet Soli cōmeat, Saturni grad. II. scrup. II. Iouis grad. I. scrup. V. Martis scrup. dũtaxt V. adeo ut penè cōtingat signorũ circulũ, pro ut ex eis, quæ circa occultationes illorũ & emerfus obseruauit, latitudinibus licebat animaduertere. Quib; ita p̄positis, esto in plano q̄d fuerit ad rectos angulos signorũ circulo, & p̄ cẽtrũ sectio cõmunis zodiaci AB , eccẽtri uero cuiuslibet triũ superiorũ CD , p̄ maximos Austrinos & Boreos limites, cẽtrũ q̄q; zodiaci E , & magni orbis terræ dimetiẽs FEG . Sit aut̄ D Austrina latitudo, C Borea, q̄bus cõiũgãtur CF, CG, DF, DG . Iã uero supra circa singulos demõstratæ sunt ratiões EG , orbis magni terræ, ad ED eccẽtri planetæ ad q̄libet loca eorũ p̄posita. Sed & maximarũ latitudinũ loca data sunt ex obseruatiõibus. Cũ ergo BGD angulus maximæ latitudinis Austrinæ datus fuerit, exterior trianguli EGD , dabit̄ etiã p̄ demõstrata triangulorũ planorũ interior & oppositus angulus GED , Inclinatiõis eccẽtri maximæ Austrinæ ad zodiaci planũ. Similit̄ p̄ minimã latitudinẽ Austrinã demõstrabim; minimã inclinationẽ, utpote p̄ angulũ EFD , quo

EFD , quo